Theodore
Besterman

159

P. S.

# ILLVSTRIVM IMAGINES

# LEO PAPA.X.

VNIVERSIS Et ſingulis præſentes Litteras inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam ben̄. Cum dilectus filius Iacobus Mazochius Romanæ Achademiæ Bibliopola accuratiſſimus, nuper Imperatorum & Illuſtrium Virorum Vultus ex antiquis Numiſmatibus expreſſos, optimis characteribus diligẽtiſſime ĩpreſſerit. Nos eundem Iacobum, ut pote de antiquitatibus ob tam laudabilem emendatiſſimamq; impreſſionem optime meritum, ſpeciali dilectionis prętogatiua pręcipuoq; fauore & priuilegio proſequi uolentes: omnibus & ſingulis extra noſtras & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Terras & loca exiſtentibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ, quam ferimus in his ſcriptis, degentibus uero in eiſdem Terris & locis ſub indi

*gnationis noſtræ / ac amiſſionis librorum & centum ducatorum auri de camera / Cameræ Apoſtolicę applicandorum pœnis / harum ſerie authoritate apoſtolica inhibemus: ne opera huiuſmodi per dictũ Iacobum (ut præfertur) impreſſa / uſq; ad ſex Annos a data pręſentium / ſimilibus aut alijs maioribus characteribus excudere uel imprimere, aut excudi uel im primi facere, ſeu ab alijs excuſos uel impreſſos emere / aut uendere / ullatenus audeant / uel pręſumant. Secus ſi fecerint / prædictas pœ nas ſe irremiſſibiliter incurriſſe nouerint. Mandantes in uirtute ſanctæ obedientiæ om nibus & ſingulis Officialibus Terrarum & locorum prædictorum / quatenus præſentem noſtram gratiam / conceſſionem / & priuile gium atq; inhibitionem ad unguem omnino obſeruent, faciantq; ab alijs inuiolabiliter ob ſeruari. In contrarium facientibus nõ obſtan tibus quibuſcumq;. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die ultima Nouembris. M. D. XVII. Pont. noſtri Anon quinto.*

*Euangeliſta*

## IACOBVS MAZ. BER.

## IACOBO SADOLETO EPISCOPO CARPENT. A SECRETIS LEONIS .X. PONT. MAX.

INter ea quæ ſcientiſſimi Veterũ cũ laude: & ex uſu uitę tradiderunt recte cõſtitutum etiam uidetur / ut præſtantiſſimorum imagines & expreſſi cęra uultus in atrijs inq; ipſis foribus cõſpiciendi locarentur. Quando ad eorum memoriam frequenti non ſolum cogitatione / ſed aſpectu ſe ſe erigentes animi / in æmulationem gloriæ admonerentur alerenturq; : reputantes neq; fruſtra muta etiam nomina prætereuntibus ſuſpici / & facinorum titulos percenſeri. inglorium quin etiam efferri quempiam conſpicientes / cuius

procedens funus ſimulacra talia non ſequeren tur. Quæ inſtitutio utinam hodieq; ſerua retur. Etenim maiores illi ingenuis artibus non ſtatim florentiſſimam in terris Remp. Regum ſedem / condiderunt. Sed per bono rum exempla / æmulationis ſtudio / paulatim incenſa tantorum uirtus eluxit, & in eam flam mam / Rerum potitam / diu uiguit: quæ con trarijs iam hinc ſtudijs extincta relanguit. Quod ſi cui honos hic imaginum contemnen dus uidetur: is & Pomponij Attici uolumen / de his æditum / conſideret, uerſibus breuiſſi mo argumento ſubſcriptis. Et. M. Varronis omnium doctiſſimi inuentum, qui non ſatis ha buit ſeptingentorum illuſtrium nomina libris ſuis inſerere: imaginum quoq; figuras / uix unq̃ abolendas / reddidit. Ex qua re ſummus artifex & Dis proximus eſt habitus. quippe qui non ſolum immortalitatem dederit: ue rum etiam Terrarum Orbi cognoſcendas præ ſtiterit. Horum ego ſecutus exemplum, diuerſorum uultus / ex probatiſſimis miræq; uetuſtatis numiſmatibus / excribi effingiq; cu raui / non æra ſolum, ſed & cera / & lino / literiſq; interpretibus (ut Plautus ait. Si quidem plus mille exemplaribus ſingulorum uel minima eris liniamenta imprimi / perio-

chamq; & breuem ueluti hypotheſim ſubijcit ſtuduimus. haud ingratum fore rati ſtudioſis. ſed nec minus qui iniuriã amolientes. quis enim ambigat/ poſt diuinum hoc prope modum libros excudendi munus/ leuem paginam uetuſtati minus etiam/ q̃ uel marmora uel æs/ obnoxiam? An uero citra pulueris iactum peragi id a nobis potuerit/ tuũ ſit inditium. Omnis certe labor cum iucundiſſimus (quia e re omnium) acceſſerit: iocũdior contigit, ꝙ deberi tibi opus ſenſeram. Tu enim unus italorum par eſſe pluribus meruiſti/ quorum laudes hoc ipſo enchiridio comprehenduntur. Vt enim cętera prætercam, auctus ad hanc recentis fortunæ amplitudinem/ ita ſemper idem ipſe es/ qui fueras: ea omnes ſuauitate morum excipis: ut amatorem te ueræ ſapientiæ non mentiaris. Teſtes permulti ueſtri generis homines/ quorum unam ambulatiunculam/ cum omnibus curiæ muneribus non confers. Nam quid de me ipſo dicam? direxiſti quidem antea cymbam meam ea aura/ qua licuit. nunc imples uela ſecundiſſimis zephyris. Atq; hoc lętaris/ in faſtigio iſto (quo te non ambitio/ ſed uirtus extulit) datum tibi locum celſiorem/ unde pluribus ſalutaris aſpires. VALE.



Ianus qui primus inchoandis pręeſſe creditus eſt initiũ picturæ uirorum ac mulierum illuſtriũ ab archetypis auſpicabitur/tum quod primus ęra ſignauerit: in quibus ut Saturno memoriã redderet: qui in Italiã naui aduectus fuerat: quiq; in regni ſocietatẽ aſciuerat ex vna quidem parte ſui capitis id eſt gemini effigiem: ex altera uero naui expreſſit: ideo biceps dictus qđ rex prudentiſſimus extiterit: ut qui pręterita cognoſceret/& futura proſpiceret.

# ALEXANDER MAGNVS




Alexander Philippi Regis Macedonum filius virtute, & uitiis patre maior fuit: ei uincendi ratio aperta: gerendarum rerum celeritas, palamq; fuſis hoſtibus gaudere animo magnificus ubi exarſſet nec dilatio ultionis, nec modus. uini auidus, periculis ſe

*temere offerre/metui magis quam*
*amari gaudens/litteris apprime cul*
*tus/magnæ fidei/liberalis/parcendo*
*victis animus promptus/quibus ar*
*tibus cum pater Philippus orbis im*
*perii fundamenta ieciſſet/ipſi to*
*tius operis gloriam conſumauit.*



Marcus Marcellus uir Romanus
Gallorũ ducẽ ſingulari p̄lio fudit:
ſpolia locorũ āguſtia aditus uin
dicauit. Syracuſas ꝑ tres annos ex
pugnauit: & cũ ꝑ calũniã trium
phus ei a Senatu negaretur/ de ſua
ſententia triumphauit. Quinqes cõ
ſul inſidiis Hannibalis deceptus &
magnifice ſepultus. Oſſa Romam
remeſſa a prædonibus intercepta
perierunt.



C. Marius ſepties Conſul Arpinas humili loco natus legatus primum metello in Numidia criminando Cõſulatum adeptus Iugurtham captum in triumphum duxit: in proximum annum conſul ultro factus: Cimbro in Gallia apud aquas Sextias. Teuthonas in Italia in campo Sauidio uicit deq; bis triumphauit, uſq;

ad . vii . Conſulatum ex ordine
iactus Tribunus Pl. Apuleium :
& Glauciam prætorem ſeditioſos
interemit : Et cum Sulpicia roga
tione provinciam Sylla eriperet ar
mis ab eo victus: minturnis in palu
dibus latuit : inventus igitur & in
carcerē cōiectus: miſſum percuſſorem
gallū: vultus maieſtate deterruit: un
de accepta navicula ī Aphricam tra
iecit: mox Cinnana dominatione re
vocatus: ruptis ergaſtulis ad Telamo
nem applicans portum exercitum
coegit: ceſiſq; inimicis iniuriam ul
tus eſt natus annos . lxxiii . mor
bo deceſſit . vii . ſuo Conſulatu re
licto mario filio .




Cn. Strabonis filius ter Conſul
uſq; ad .xl. ætatis annum de toto
fere terrarũ ambitu triũphator
feliciſſimus: impator priuſq̃ mi
les: qui ſi nõ per exempla Sylla
na gradiens cupiditate regna di
in preſtantiſſimum animi uigo
rem fortunaq; inſuperabilem. C.
Iulium cæſarem incidiſſet: equa
re non ſolum poterat Alexandri
magni: ſibiq; patris fulgorem:
Sed mars alter merito potuiſſet

appellari uerum diuerſa tempora
ſortis utrunq; oportuit. Si uel Pō
peium perdere: qui a nullo niſi a
Cæſare uinci poterat uel tantas po
puli. Romani uires ambitione duo
rum ciuilibus armis/uno in prælio
periclitari euertiq; fata noluiſſet.
Is poſt tertium triũphum pugna
Pharſalica uictus & profugus
Aegyptum petens Ptolomei regis
proditione ſceleratorum Achille/
Septimi/Saluiiq; manibus nonum
& quinquageſimum annum agens
eſt occiſus/die natalem ſuum ſequē
te Cornelia uxore filioq; eodem ex
naui ſpectantibus duces eius ſupſti
tes filios Cn. & Sextum Item bel
lo uicit Cæſar/quorum. Cn. maior
natu a Cæſarionis interfectus. Se
xtus ſequentibus temporibus ab Au
guſto ſuperatus eſt.




M.Portius Cato Vticenſis labentis reipublicæ unicum columen ſe fortē in omni ſtatu præſtitit/cum fortuna/in prætura/repulſa/accuſatione/prouincia/cōcione/exercitu/in morte deniq; cōſtantiſſime colluctatus: quem uirum natura ad honeſtatem / grauitatem / temperantiam/animi magnitudinem/iuſtitiamq;/ad omnes deniq; virtutes magnum hominem & excelſum finxit.




*M. Tulius Cicero uixit tres & ſe xaginta annos : ut ſi uis abſuiſſet/ ne īmatura quidem mors uideri poſſet/ingeniū & operibus/ & præ miis operarum felix ipſe fortunæ diu proſperæ:& in longo tenore fe licitatis:magnis interim ictus uul neribus exilio:ruina partium/pro quibus ſteterat:felice morte:exitu tam triſti/atq; acerbo:omniū ad/ uerſorum nihil ut uiro dignū erat præter mortem. Si quis tamen uir tutibus uitia pēſarit uir magnus/ acer/ memorabilis fuit:quo dicēte legem agrariam/hoc eſt alimenta*

*ſua abdicarunt tribus: & Roſcio theatralis ſeditõis authori leges ignouerũt: notataſq; ſedes ignominiæ diſcrimine æquo animo tulerunt: quo orante proſcriptorum liberos honores petere puduit. tuum Catilina fuit ingenium tu. M. Antonium proſcripſiſti. Salue primus omnium parens patriæ appellate, primus in toga triumphũ, lingueq; lauream merite, & facundiæ litterarum parens: ut dictator Cæſar hoſtis quondam tuus non immerito de te ſcripſerit: omnium triumphorũ, lauream adepte maiorem. quanto enim plus eſt ingenii romani terminos quã ĩperii promouiſſe.*



P. Clodius pulcher patritius malis artibus imbutus: nam ĩ ſacris bonæ deæ habitu ancillæ depræhenſus ſtupro ſacratiſſimas religiones polluit. ſenatus grauiſſima decreta perfregit. pecunia ſe iudicibus palam redemit & ad plebeios traductus ſuo tribunatu: quem per Cæſarem fuerat adeptus : Ciceronem in exilium pepulit. eũ ex agro ſuo in urbe reuertentẽ iuxta Bouillas Milo ĩterfecit.



C.Caſſius adhuc puer Fauſto filio ſillæ monarchiã patris laudanti colaphos incuſſit ſuperaddens. ſi amplius hoc dixeriis os tibi cõfringam: integritate: uirtute: conſtantiaq; ſingulari: prætor. M. Brutum ut in Cæſarem cõſpiraret impulit: demum in Philippis a. M. Antonio & Octauio acie uictus occubuit.



M.Brutus Cæſaris dictatoris ĩterfector
bonarum artiũ diſciplina: & philoſophiæ
ſtudiis imbutus: in dicendo uehemens
& calidus: moribus a natura grauibus: ad
bonũ & æquum modeſtiſſime ferri uiſus:
uirtutibus ſuis a multis amatus: ab ami
cis deſideratus: ab optimis admiratus: ip
ſis quoq; hoſtibus non inuiſus: clæmens:
& magnanimus: ab omni iracundia: uolu
ptate: & auaritia alienus eadẽ acie cecidit.




*M. Antonius triumuir Herculem ha*
*bitu reddere conabatur: quod eius fa*
*milia ab Antone Herculis filio oriun*
*da putaretur, quæ in aliis ĩtolerabilia*
*uidebantur iactantia: dicacitas: inolẽ*
*tia: & cœnantibus abſidendo, & milita*
*ri menſa diſcumbendo, in eo mirum*
*in modum militum animos cõciliabat*
*cuius rei inſuper hæ potiſſimum fue*
*runt cauſe nobilitas: eloquẽtia: ſimpli*
*citas: magnificentia: liberalitas: comi*
*tas: tum uero cum cęteris laborãdo:*

*tum ſolicitudinem pro aliorum com modis ſuſcipiendo:uir ſane maximus niſi eius gloriæ. M. Tullius obfuiſſet & geſta ſua amoribus Cleopatræ fœ daſſet.*




Nupta prius. P. Clodio ex cuius matri-
monio nata eſt Claudia ſecunda Octauii
coniunx intacta repudiata demũ Curioni
poſtremo. M. Antonio iuncta Nam fuit
hec mulicbres arte edocta ſed magiſtra
tus regere & ĩperase pluſq; mulicbri con
ditione audre.

# CLEOPATRA.




Regina Aegipti quæ pulchri-
tudine ſua primo.C . Ceſarem
ad ſe amãdum allexit ſuſcepto
etiam filio quẽ idem cęſar ſuo
nomine appellari paſſus eſt.
Mox.M. Antonium quoq; im
periũ ægypti obtinentem obſe
quio corporis deuixit coegitq;
illum facere diuortium cum
in bellorũ cauſę inter Augu-
ſtum & Antonium bello Ac-
ciacto Antonius & Cleopatra
ſuperati Alexandriam confuge

*rant. Vbi ſe Antonius interfecit: Cleopatra uiua capta cum aſſeruaretur in triumphum admotis aſpidibus pectori obiit anno ętatis. xxxix.*

# L.CAESAR PATER CAES.DICTATORIS.




L.Cęſar.Ceſ.Dictatoris pater pi/ ſis dum calciaretur repentino moritur.




Aurelia Cęſ.mater.hęc,P.Clodiũ ad ſacra bonę deę nocturno tẽpore ĩgreſſum muliebriq; habitu : indutum deprehendit Pompeię uxoris Cęſ.amore captum.

# MARTIA.C.CES,DICT.AVIA.




*Martia,C.Cæſ,dictatoris auia,*



*Adeo note ſunt . C . Ceſaris animi & corporis dotes & toto orbe prȩclara geſta ut ea ſilentio diſſimulare ſatius fuerit q̃ inepta ambitione oſtentare ceterum que ad eius imaginem attinere videntur breviter perſtringemus fuiſſe traditur excelſa ſtatura colore candido teretibus membris ore paulo pleniore nigris negetiſq; oculis, caluo ca-*

pite & ob id laurea ſemper ornato qua tuor eius uxores infra ut ordine ponē tur.




*Cęſaris dictatoris & cornelię fi/
lia quã prius Seruilio Cepioni pa
cta iũcto cũ Cęſare/& Craſſo fe/
dere, Põpeius ipſe duxit uxorem
cuius doloſo & ſuſpecto ſp cõnu/
bio/Sẽatorii ordĩs optios quoſq;
a ſe alienauit. Nec tamẽ ingruen
te ciuili diſcordia deditus coniu/
gi ipſiuſq; amoribus delinitus in
duci ab amicis urgentibus potuit
ut eã a ſe dimitteret ĩmaturũ hęc
prius edidit partũ: Mox grauida
facta dolore pariẽdi obijt cui na
ta pauciſſimos dies ſuperuixit.*

# IVLIA.C.CES.DICT.C.MARII VXOR.




*Iulia.C. Ceſaris dictatoris amita quam pro concione laudauerat in funere hec. C. Marij ueri ſenioris uxor fuit.*

Fuit hęc familia equeſtri & diues uerũ
prius repudiata q̃ in matrimonium du
cta.

CORNELIA CINNAE.F.C.CES.VXOR.




Cinnę.iiii.Conſulis filia fuit quam ut repudiaret cęſar fruſtra adnixus eſt Sylla dictator. Ex hac Iuliam Pompeij natam conſtat.




Q·V. Pompeij filia hec fuit uel ut alij uolunt ſoror. L. uero Sylle neptis. Cũ hac diuortium Cęſar fuit ſuſpicatus adulteratam a. P. Clodio in peruigilio bonę deę.

CALPHVRNIA.L.PISONIS.F.C.CAES.D.VXOR.



**Ex.L.**Piſone nata eſt: in cuius matrimonio cęſar occiſus fuit Quod cum illa intellexiſſet pecuniam omnem Cęſaris ad.M. Antonium conſ. detulit.




L.Cęſaris & Aurelię.F.Soror. Cęſ:
Dictatoris ex qua Actia mater Octa
uii Auguſti nata eſſe perhibetur.

## PLAVDILLA AVGVSTA.






Cęſarionem.C.Cęſaris ex Cleopatrá genitum: ipſe etiam nomine ſuo appellari paſſus eſt quem nonnulli græcorũ ſimilem quoq; cęſari & forma & inceſſu tradiderant.




Auguſti pater auelitris gens octauia
traxiſſe originē dicitur traducta in ſe/
natū a Regibus Hic ex prætura Ma/
cedoniā ſortitus Repentina morte ob
iit Nolę·Octauio filio Quadrimo re
licto ex Actia quæ poſtea Martio phi
lippo nupſit. Idem Anchariam prius
uxorem habuerat ex eaq; octauiā ma
iorem ſuſceperat poſtea nuptam. M.
Antonio.




Nata ex Actio Balbo & Iulia ſoro re Cæſaris mater Octauii Augu/ ſti. Quæ mortuo priore uiro, Martio Philippo nupſit primoq; octaui conſulatu obiit relictis libe ris Octauia maiore & minore & Auguſto quadrimo.




Filius . C . Octauii & actiæ filiæ . M.
Accii Balbi & filię Iulie ſororis diui
Cęſaris adoptatus ab Auunculo . C . Cæ
ſare demũ ab eo hęres relictus natus
in regiõe palatii ad Capita Bubula He
reditatem adiit/Vrbẽq; repetiit, Mar
tio Philippo Victrico matreq; actia diſ
ſuadentibus feliciſſ. ſuccæſſibus bella

*geſſit & confecit cognominatus Augu/ ſtus. Munatii Planci ſentẽtia pro Flu/ uio uentris in eodẽ quo pater cubiculo nolę moritur anno ſue ætatis.* LXXVI *Quattuor ei ſucceſſiue fuiſſe traduntur uxores infra notatæ, Sepultus inter fla/ miniam & Tiberim manſoleo Auſtam pro Auguſta corrupto uocabulo nunc uulgo appellant.*

# OCTAVIA | SOROR AVGVSTI.




De qua dictum eſt natam ſcilicet eſſe ex.C.Octauio & Ancharia priore coniuge Quã etiam Pompeio delatã conditione tradunt Auctores conſtat tamen eandem.M.Antonii fuiſſe coniugem, ex eoq; duas Antonias Maiorem ſcilicet ac minorem ſuſcepiſſe filias eadẽ hec poſtea C. Marcello iuncta matrimonio.M.Marcellum & duas Itẽ Marcellas genuit.

# C.MARCELLVS.






*C. Marcellus Octauiam Auguſti ſororem duxit uxorẽ ex qua Marcellum ſuſcepit: qui admodũ puer deceſſit cuius meminit Virgilius libro. vi. Eneidos.*

# CLAVDIA VXOR AVGVSTI.




*Vix nubilis ducta eſt ab Auguſto*
*Inſtantibus amicis poſt reconcilia*
*tionem primā.cū.M. Antonio ip-*
*ſius puellę uictrico. Q uāuis parū*
*feliciter/Nā ſimultate cum fuluia*
*Socru exorta/intactā Octauius di*
*miſit / adoleſcens prius Iſaurici fi*
*liā.quādā.P. Seruilio deſponſatā*
*habuerat nulla ex utraq; ſtirpe ſu*
*ſceptā.*




*Nupta ante duobus conſularibus & iam mater, ex altero facta per uerſitate morum intollerabilis/& quia liberius pellicis potentiam doluerat repudiata/ Ex ea tamen Iulia prius filia ſuſcepta / Quæ M. Marcello prius poſtea. M. Agrippæ nupſit ex quo liberi qnq; infra notati uidebuntur.*




Prius.C. Tiberio Neroni, Ceſarianarũ partiũ non ſatiſſido nupta/Demũ illo p̃cibus/expugnato/cõceſſa eſt Auguſto Sed paulopoſt qui conceſſerat mœrore obiit Suſceptis tamen prius Tyberio, & druſo ex ea filiis pregnãte abducta/a priore uiro unice dilecta infante inmaturo ędito ante adoptionem Tyberii/in eius amplexu/& in ea uoce Auguſtus obiit/Liuia mea cõ/iugii noſtri memor uiue & uale omnibus a Tyberio filio piis fraudata officiis.




Augusti & Scribõiæ ſupra notate
filia prius. M. Marcello uix pueri/
tia egreſſo mox. M. Agrippe demũ
V. Liberorum mater Tyberio ab
Augusto adoptato nupta improba
ta moribus ac cõtaminata probris
ſe cubore iuſſa & una cum filia eiuſ
dem nominis a patre relegata pro/
pter Quas dixiſſe Augustum cre/
ditũ eſt ſe habere Vomicas & car/
cinomata.




Supranotatus Marcella. C. Marcelli & Octauiæ ſororis Auguſti filia dimiſſa Inſtante obnixe Octauio Iuliā eius filiā prius. M. Marcello nuptam duxit uxorem ex qua liberi quinq; geniti ſunt uidelicet Caius Lucius Agrippa Iulia Agrippa Iulia Agrippina. Hic idem Marcus alteram ex filia Pomponii Attici Aggrippinam ſuſcepit / nuptā poſt Tyberio Druſi matrem.




C. Marcellvs. C. Marcelli & Octauię filius fuit in cuius ho/noré Augustus auũculus Theatrum cõdidit cuius uestigia adhuc extant ubi prius fuit tẽplũ pietatis iuxta forum olitorium & profluentem Tyberim.



M. Agrippam. M. Agrippæ Auguſti
ex filia nepotem nihilo detractabiliorē
immo in dies amentiorem in inſulam
tranſportauit ſepſitq; cuſtodia militū
cauit etiam Senatuſconſulto ut eodem
loco in perpetuum contineretur.




Pater Tiberii Imp. Quæſtor. C. Cæ/ſaris Alexādrino bello claſſi oppoſitus plurimum ad victoriam cōtulit: Qua/re & pōtifex in locum. P. Scipiōis ſub/ſtitutus & ad deducendas in galliam colonias in quibus Narbo & arelate erant miſſus eſt. &c.




Nata ex Germãico ut premittitur & priore Agrippina cuius fraude necatũ ueneno uirum fuiſſe ſcriptores tradunt Ex ea Tyberius alter natus adulterio ſerebatur. Ideo deſpectus ab Imperatore Tyberio materq; ipſa Tormentis ſupplicioq; affecta.




Ex.C.Nerõe & Liuia Druſil/
a natus ut quidã uolũt fundis.
Leniauię. Maternę fundię cõ
iectura Nam id genus ab Ap
pio pulchro Appii Ceci filio
traxebat originem:paternum
uero a Claudia gente nobiliſſi
ma Regillis tamen oppido ſa/
binorũ orta deductum conſtat
Ex adoptione Auguſti & liuie
matris coniugio Imperiũ aſſe
cutus primo clemẽter poſt ſu
perbe & crudeliter Imperauit

*moribus perditiſſimus / Appellatus
Biberius mero genuit ex Agrippina
M.Agrippe.F. Alterum Druſum &
germanicũ breui extinctos, fratre eiuſ
dem nominis non ſine ueneni ſuſpitio
ne in germania defuncto, Mortuus eſt
inlucullana uilla Octauo &.LXX.eta
tis ſuę ãno Imperii uero. III,&.XX
fremens Annulo ſibi deficienti detra
cto ab omnibuſq; ſuis deſtitutus.*




Tiberii frater ex.C.Tiberio Nerone & Liuia Druſilla natus non eſſe dictus eſt Sed ex Vitria adulterio, matre intra menſem tertiũ Poſt Auguſti matrimonium pariente; Eius ĩ germania defuncti corpus peruexit Romã Tiberius frater toto itinere pregrediens, Hic alterũ ex Antonia minore.M.Antonii & Octauiæ filia Germanicũ Liuiã & Claudiũ qui poſtea ĩperator fuit genuit ueneno a fratre necatum pleriq; ſuſpicauere.

# AGRIPPINA.M.AGRIP.F.TI.IMP.VXOR.



Ex.M.Agrippa & filia Pomponii Actici nata pregnans & mater non ſine langore cum a uiro Cęſaris Auguſti coactu relicta ex qua nati Germanicus ac Druſus Romę Alter in Syria uero alter Iuuenes admodum extincti putantur.


ANTONIA · AVGVSTA

# DRVSVS TIBERII IMP. F.




Druſus etiam Tiberii principis fi
lius: quo & una cum altero germa
nico nomine orbatus ſeceſſum cā
panię nunq; Romam repedaturus
abiit quod etiam effecit.




*Minor dicta ut a ſorore eiuſdem nominis maiore naſceretur. M. Antonii & Octauię ſororis Auguſti filia Germanici Li illæ Claudii poſtea Imperatoris mater hunc Germanicum Tyberius patruus quia ex nepte premiſſa natus erat Auguſti adoptare coactus eſt priuſq; ipſe a uitrico Imperatore adoptaretur.*

# CERMANICVS




*Adoptatus a Tiberio patruo ut ſupra ponitur Octauii impulſu Alteram & ipſe Agrippinam ex Iulia Octauii filiam natam habuit uxorem ex eaq; Agrippinam Auguſtã Neronem: Druſum: Druſillam: Liuiam: & Caium Ceſ. ſuſcepit.*



*Auguſtus ad agrippinam neptem: ua/*
*lebis mea agrippina & dabis operam*
*ut ualens peruenias germanicum tuũ.*

# TIBERIVS TIB. IMP. EX DRVSO NEPOS




*Tiberius Tiberij imperatoris ex druſo nepos. Teſtamento a tiberio patruo ęquis partibus cum caro ex germanico nepote relictus eſt.*




Nero germanici filius, quē una cū fratre druſo ſenatus Tiberio cri/minante hoſtem indicauit.

# DRVSVS GERMANICI. F.



*Druſus item ſicut frater vt predictũ eſt Senatus tyberio criminate hoſtẽ iudicauit.*




*Agrippĩa M. Agrip Filia ac Germanici uxor: nouẽ liberos illi pepe perit: quorum duo infantes adhuc rapti: unus iam pueraſcẽs inſigni feſtiuitate cuius effigiẽ habitu cupidinis in ęde capitolinę ueneris liuia dedicauit.*




Germanici a Tyberio quondā ad
optata & Agrippinę, ex M. Agrip
pa & Iulia Augusti filiā natę: fili/
us ut ſupra notatur: hęres una cum
Tyberio Druſi & Liuię ſororis
ſuę filio relictus ab īperatore Ty
berio ſororem alteram Druſillam
perdite palamq; uirginē nuptam
ac etiam mortuam adamauit: in
concubitu eius ab auia depręhēſus
fratrū Neronis & Druſi a Tybe
rio necato toꝝ caſus adeo diſſimu/
lanter tulit ut nullus eo melior ſer
uus ac deterior dominus ſit habi/

*tus imperiũ adeptus fuiſſe uoto uni/ uerſi populi.ro. & humani generis cre ditur Mox ad ſcelera conuerſus publi/ cum odium factus eſt: Manu chereę li berti interfectus Romę anno Imperij ſui tertio.xxix.annum agens. Cogita/ rat hic urbis tedio ſedẽ imperij Antiũ ubi ſe natum putabat transferre Vxo res habuit quinq; Iuniam.ſ.Claudillã M.Syllani filiam que ex partu obijt: Liuiã oreſtillam a.C.Piſone abductã/ mox relegatã quia prioris uiri uſum repetierat: Loliam paulinam a.C.Mẽ/ mio abductam quia pulcherrimã for/ ma Auiã referebat: Item dimiſſam in terdicto ei cuiuſq; uiri coitu: Ceſoniã demum ardentiſſ.perditeq; laſciuię du xit amauitq; perpetuo & nudam ami cis oſtendit Aeniam Neuiam quoq; Macronis prefecti prę t. Sollicitauit ad ſtuprũ Sorores Liuiã & Agrippi/ na ſuis proſtrauit exoletis: Deinde ut adulteras & inſidiarum i ſe conſcias condemnauit.*

# LOLLIA PAVLINA C.CAES.IMP.VXOR.



*Supra ſatis in Calligula notata*




Exemplum laſciuie/chara ob id perpetuo cõiugi Calligule armis ornata nudaq; amicis oſtenſa.

# LIVIA ORESTILLA.C.CAESARIS VXOR.




*Prius.C.Piſoni poſtea.C. Calligulæ nupta infeliciter.*




*M. Sillani uiri Nobiliſſimi fi/lia que in partu obiit.*

LIVIA DRVSI TIBERII VXOR.



*Nata ex Germanico ut premitti tur & priore Agrippina cuius frau de necatum ueneno uirum fuiſſe ſcriptores tradũt Ex ea Tyberius alter natus adulterio ferebatur. Ideo deſpectus ab Impatore Ty berio materq; ipſa tormentis ſup plicioq; affecta.*




*Druſi fratris Tyberii Imperatoris ſenioriſq; Agrippię filius Germanici adoptati ab eodē Tyberio & Liuillę frater natus Lugdūi mōſtrum incoactum a natura non perfectum appellatus obliuioſus, ſtolidus, libertis uxoribuſq; addictus inſperato & miſerabili caſu, ex latebris ad imperiū ſtirpe Cæſariū deficiente raptus. Boleto ab Agrippina nepte & uxore. ſibi cōſcia necatus. LXIIII. ętatis ſuę anno. ſex ei uxores ſupra notate obtigere.*

# AEMILIA LEPIDA AVG. PRONEP.




Ex Paulo Aemilio & Iulia Octauii ne
pte impudica ut fertur/atq; in exilium
acta genita prius Claudio deſponſata
& anteq̃; Auguſtum eius parentes offen
derent Virgo repudiata. De altera Le
pida ſorore Domitii Neronis patris ĩ
gratiam Aggrippinę aflicta Suet. me/
minit.




Die nuptiis deſtinato ualitudine extincta ſub idem tempus Aemiliam lepidam ſupranotatam uirginem repudiauit.




*Triumphali patre nata ob libidinum probra & homicidii ſuſpitione repudiata filiam tamen ex ea Claudiam eſſe ante diuortium natam aliq; ceptam poſt nudam ante hoſtium matris abiectam cõſtat quoniam ex liberto Bothere cõcepta exiſtimabatur.*




Conſulari patre nata leuibus dimiſſa offenſis: ſuſcepta tamē prius ex ea Antonia: Quā Nero poſtea nuptias ſuas recuſantem tanq; rerum molitricem nouarum interemit.

L

# VALERIA.MESSALINA.CL.IMP.VXOR:




Barbati meſſalę cõſobrini ipſius Claudii filia paribus ad libidinẽ & faſtidia prona laſciuiis. Comperta inter alia flagitia.C.Sylio Coſ.D.Iuuentutis:Ro. pulcherrimo nupſiſſe nuptiaſq; Claudio in Hoſtienſi ſeceſſu agente celebraſſe. Narciſi liberti Iuſſu ſede In ſinu Lepidę matris a Tribuno confoſſa Superſtitibus Octauia Neronis poſtea Vxore & Britanico filiis Nam Druſus ex eadẽ natus iactato in ſublime piro & in os excepto ſtrangulatus fuerat.




Coniunx & neptis ex fratre Germanico
occaſione blãditiarum & oſculi ſe i Amo
rẽ patrui: Demũ opera liberti pallantis in
Auguſtales aſſeruit thalamos nouo nec
poſt uiſo nuptiarũ eiuſmodi exẽplo quãq;
P.S.C. deinceps uenia Taliũ nuptiarum
daretur eius opera & aſtu Nero prioris
uiri Domitii filius adoptatus a Claudio
poſtea Boletorum ferculo extincto Brita
nico priuigno eluſo Imperium Intercepit
qui matrem ipſam ut infra dicetur occidit
Nichilo Meſſalia ãndicta uel q̃uis alia ex
uxoribus Claudii fama pudicitię meliorẽ.




G rmãici filii ex leuiore Agrip pina Ambo adoptati a Tibe/ rio:&.P.C. Cõmendati Dem ũ ut chari eſſe cogniti ſunt pate ſa cta interiore animi nota fame necati . Alter in inſula pontia Carnificæ uncoſ aqueoſq; oſten tante Alter in ima parte pala/ tii tormẽtum culcitre ſubductis alimentis mandere tentauit.




*Druſum Pompeium ex Herculanilla ſuſceptum puberem amiſit piro per lu ſum in ſublime iactatum: & hiatu oris excepto ſtrangulatũ: cui & ante pau/ ces dies filiam Seiani deſpondiſſet.*




Claudiam ex liberto ſuo botere conceptam q;uis ante quintum menſem diuortii natam aliq; cœptam: exponi tamen ad matris ianuam ac nudam miſſit abiici.




*Antoniam quam ex Petina ſubſtulit Cn.Pompeio magno deinde fauſto Syllæ nobiliſſmis iuuenibus deſpondit.quos poſt non recuſauit modo ſed interemit.*

# CN.POMPEIVS MAG.CL.IMP.GENER.




*Cn. Pompeius magnus Claudii Imp. ex antonia gener. Hanc dein de fauſto Syllę matrimonio copulauit.*




L.Syllanus Claudii Imp.ex Octauia gener: quam poſtea Neroni priuigno ſuo collocauit.

# CN. DOMITIVS NER. IMP. PATER.




Ex Antonia maiore pater Neronis procreauit omni parte uitæ deteſtabilem ſiquidem comes ad oriẽtem. C. Cęſaris iuuenis occiſo liberto ſuo quod quantum portare iubebatur recuſaret dimiſſus e cohorte amicorum nihilo modeſtius uixit: ſed in uiæ appiæ uico repente puerum citatis iumẽtis haud ignarus obtriuit: & Termę medio foro cuidam Equiti Ro. liberius iurgianti oculum eruit.




M. Antonii Triumuir & Octauiæ filia. Antonia maior. Neronis principis auia. nam mater fuit Domitij Neronis qui ut ſupradictum eſt in omni parte uite fuit deteſtabilis.

# LEPIDA DOMITIA NER. IMP. AMITA.




Vnicam hanc uxorẽ Galba Imp. Habuit qua defuncta cum duobus filiis incelibatu pertinaciter manſit: nec ſolicitari amplius ulla conditione potuit.




Domitii Neronis & Agrippinæ Au/
guſtę filius primus Claudię familię
p̄ adoptionē uictrico Claudio poſtea
penitentem inſertus Trimulus.n.pa/
trem amiſerat apud amitam Lepidā
nutritus ſub ſaltatore Tomſore & cy
tharedo pedagogis uitata ſemper iu/
bente Matre Philophia Aurigandi &
ſcena agendi ſtudioſus Incendiarius

# NERO IMPERATOR.

matricida rapax In edificando damnoſus Sacrilegus uxorum & Senecæ pręceptoris occiſor & tandem toto genere humano in ſe exacerbato ſui ipſius interfector: in ſuburbano phaontis liberti inter ſalariam & Numentanam uiam Mortuus de ſtirpe Cæſ. ultimus Statilia Meſſalina Popea & Octauia Infra notatis uxoribus partim necatis partim eiectis omnibus uero prioribus uiris ut deſponſatę uel iunctę erant abreptis nõnullarumq; maritis occiſis uel in exilium actis.



Q ueſtorio patre nata priꝰ i domū Ceſ. pellex & adultera nam prius erat Otoni nupta: tandem ſtructis ad necem Octauię Agrippineq; inſidiis uxor inducta Oto/ne ſub ſpecie honoris in luſitaniā miſſo qui icaute nimis apud neronē eius formā laudans frequenter Iactabat ſe ad illā ire ubi conceſſa eſſet Nobilitas & pulchritu do/uota omniū/& gaudia felicium/ Hāc Nero. xii poſt Octauię diuortiū die ac/ceptam pregnantē ictu calcis occidit Clau dia prius ex ea filia in adulterio ſuſcepta infanteq; mortua.

# OCTAVIA CL. IMP. F. NERONIS VXOR.




*Claudii Cęſ.& Meſſalię filia/Syl lano antea deſponſatę in gratiam nouercæ Agrippinæ præpotentis Neroni iunctę Deinde ut ſterilis ab eo repudiata poſtremo ſub fal ſo adulteriorum crimine Aniceti liberti occiſa poſt necatum uene no Britanicum ipſius ab eodē ne rone fratrem.*



Tauri bis cos ac Triumphalis abne
ptis Qua ut potiretur unum eius At
ticum Vestimū in honore Trucida
dauit Nero.




Ex Poppeia quam unicæ dilexit filiã tu/lit Claudiam auguſtam: amiſit q; admo/dum infantem.




Galbe Imp.pater Conſularis pro
genitoribus eiuſdem nominis Cla
riſſimis & eloquentiſſimis ortus,
quos ipſe dicẽdi facultate & quare
fruſtra eſt adnixus licet ĩduſtria
cauſas actitarit corpore breuis ac
Gibber. Ocellinę ſecundę uxori
Ne ignaram falleret uitio de ſe
pate facto maiorem apud eam gra
tiam iniit.

# NVMIA ACHAIA GAL. IMP. MATER.




Cõiugũ Galbę prima Imp. Galbæ
Mater Catuli neptis L. Numij q
corinthum excidit pro nuptis.




Noua hec in ĩperio ſtirps quã
ipſe paterna origine ad Iouem
materna uero ad Paſiphem Mi
nois uxorem referebat / Sulpi/
tia hec familia Galbę cogno/
mentũ in eam adſcitum uarie
traditur nec unde ſatis certum
habetur eloquentiſſimus Ser/
gius Galba eam illuſtrauit hic
Imperator Q. Capitolini pro
neptem ſe adſcripſit/patre na/
tus cõſulari corpore ut ſcriptũ
eſt breui: ac Gibbo/modicę idi
cẽdo facultatis cauſa tñ actitãte

*Matrē habuit Mumiam achaiam fratreq; Caium maiorē natu , qui attritis facultatibus urbe exceſſit ac prohibitus a Tiberio ſortiri anno ſuo conſulatum uoluntaria morte obijt natus eſt Galba in uilla Coli prope terracinam Multis de eius imperio tamen ſero uiſis oſtentis.*

# L EPIDA GALBAE IMP. VXOR. LII




Amiſſa uxore Lepida: duobusq; ex ea filiis remanſit in cœlibatu: nec ſolicitari ulla conditione amplius potuit.

# PISO FRVGI LICINIANVS GAL. IMP. P.




Vtroq; parente nobilis . Ex . M. enim Craſſo & Scribonia genitus uultu habituq; moris antiqui habebatur Rectaq; exiſtimatione Seuerus putabatur: Deterius uero ĩterpretãtibus Triſtior quæ pars morum ſuſpectior Sollicitis Imp. Galbę adoptanti placebat: Nec ultra ſex dies poſt adoptionẽ Ottomano furore ſimul cum galba trucidatus uixit.




*Ex. M Siluio Equite Romāo Natus Othonis Imp pater: Materno etiam genere propinquitatibuſq; multis cla/rus Tyberio principi facie non abſimi lis. per gratiam Liuię Auguſtę cuius in domo creuerat charus in aula: co/optatus a Claudio merito ſpectatę uir tutis & fidei īter patritios honore ſta tuę Donatus. De quo ab eodē Impe/ratore dictū eſt uir quo meliores libe ros habere ne opto quidem.*

# ALBIA TERENTIA OTH. IMP. MATER.




L. Silvii Othonis coniunx ſplendidiſſima quidẽ femina: que duos ex eo mares tulit filios. L. Ticianum ſciliaet. M. q; Othonẽ Imp. Item alium fœminam Druſo Germanici filio nondum Nubilem deſponſatam.




L.Othone materno genere Cla
ro natus paterna uero origine ſe
rentino ab oppido ducta & in gra
tiam Liuię Auguſtę: cuius ĩ do
mo.M. Siluius Otho creuerat ĩ
Senatũ adſcita. Sũmũ inter ami
cos Neronis locum obtinuit con
gruentia morum & conſuetudi-
ne mutui ſtupri. Largus in dan
do militibus p̃ſertim/quos quom
haberet ſibi deuictos muneribus
ſpe adoptionis Galbę deſtitutus
& prǫlati ſibi Piſonis / dolores

ſomniq; ære preſſus alieo ad uim conuerſus: paucorum primo ſpiculatorum opera: Deinde omniũ pretorianorũ conſenſu. Imp. occupauit: Galbã Piſoneq; occidit. Mox uenienti in Italiam Vitellio quem Germaniæ legiones Imperatorẽ conſalutauerant occurrens cũ exercitu/ Accepto Brixelli pugnæ Cladiſq; ſuorũ apud Brebriacũ nuntio/ fortiter in ferrum pectore incubuit: Illato a ſe primũ poſt Iulios Claudios Seruioſq; nonam In familiam Imperio: Quam quidem Gentem Auctores dixere Siluiam.




A. Vitellij Imꝑatoris pater: quartus pu/
blij Vitellij equitis Romani ꝓcuratoris
rerũ Auguſti filius. Qui ex cõſulatu Sy
riã rexit? Curãq; imperij abſente ab Vr
be Claudio ſubſtinuit. Libertinę amore
perinfamis: quod Salinis eius melle ꝑmix
pis palam inungeret fauces Hic quoq; mi
ri in adulando ingenij Soccos Meſſalinę
Auguſtę geſtans ex oſculabatur Et ca
pite uelato. C. Cęſarẽ ut Deũ adiri ado/
rariq; inſtituit. Exceſſit paraliſi a'tero
q̃ correptus eſt die duobus ex Sextilia
uxore filijs ſupſtitibus: quẽ defunctũ pu/
blico funere ſenatus honorauit.

# SEXTILIA. A. VITELII IMP. MATER.




*Coniunx. A'. Vitellij; Imperatoris Mater non Ignobilis: ac probatiſſi ma fœmina: que duos ex. L. ipſo Vi tellio tulit filios.*




*L. Vitellij filius, ex ſextilia probatiſſima femina nec ignobili natus: Gentē ipſam Vitelliorum. Quidam pudendā ſordidiſſimam Furnaria, & ſutrina Artibus alijs quoq; Seruilibus officijs pu/taueere contactam Quidam autē nobilem, fauno ſcilicet ab originum Rege, & Vitellia, que pro Numine olim Coles*

*batur dixere ortam*. Capreis hic edu/
*catus inter* Tiberiana *ſcorta*/ Spintrię
cognomine Contaminatuſq; oibus pro
bris patrem equauit Infamia: Quãuis
illi bonor ſepulture publicus obtigerit:
ac Titulus perpetuę pietatis in princi
pem Sed hic Vitellius Caio per aurigã
di: Claudio per Aleę ſtudiũ familiaris:
Neroni ob hec & alia Turpiora Ca
rior: Vxores habuit Petroniã Conſula
ris uiri filiam & Galeriam fundanam
pretorio patre natam.



Conſularis viri filia: ex qua Petronianus natus eſt: altero captus oculo heres a Matre ſub conditione inſtitutus ſi de patris poteſtate exceſſiſſet quem manumiſſum deide populo poſt in ſimulatum paricidii dixerũt paratum ad ſcelus ex conſcientia deprehenſum hauſiſſe.

# GALERIA FVNDANA A.VIT.IMP.VXOR.




*Quã pretorio patre natam: mox Petronia coniuge priore defuncta. A. Vitellius Duxit uxorem Ex eaq; liberos ſexus utrinſq; tulit Sed marem titubantia ore prope mutum & elanguem genuit.*




A. Vitellius Petronianus Viteli Imp. filius altero captꝰ oculo hūc heredem a matre ſub conditione inſtitutū ſi de poteſtate patris exiſſet, manu emiſit: breviq; ut creditum eſt interemit inſimulatū inſuper parricidii & quaſi paratum ad ſcelus venenum ex conſcientia habuiſſe.

## T.FL.SABINVS VESP.IMP.PATER.




Veſpaſiani Imperatoris pater ex Tito Flauio Petronio municipe Rheatino Pompeianarum partiũ Centurione eſt natus qui primipilarem in militia ordinem nõ exceſſit Nullis maiorum ſuorũ imaginibus uel ornamẽtis honoratus in Aſia publicanum egit quadrageſſime Poſt apud Eluetios fœnꝰ exercens obijt Duobus ex Veſpaſia uxore filiis Sabino ſcilicet : ac Veſpaſiano ſuperſtitibus.




Veſpaſiani Imperatoris mater Titi fla/
uij Sabini coniunx ex Veſpaſiano polio/
ne Militum Caſtrorũq; pręfecto nata.
Cui patria fuit Nurſia locuſq; ab ea no/
minatus in monte qui ſummus dicitur
non longe aſpoleto diſtans ſplendorem
uetuſtatemq; familiæ demonſtrat.

# IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.




Titi Flauii Sabini ex Petronio Mu/
nicipe Rheatino nati & Veſpaſię Pol
lę Nobiliſſimę Nurſinę filius ad pri
cipatū uſq; per omnis dignitatis gra/
dus proceſſit natus in Sabinis modi/
co i vico Phalacrine quinquēnio ante
Auguſti obitū. Sub Claudio principe
legatus legiōis in Germaniam Inde
in Britanniam poſt conſulatum item

*rexit Aphricam integerrime. Miſſus poſtremo a Nerone tumultuante ori ente toto & Iudeis rebellantibus in ꝓ uinciam aucto exercitu uelvti non me/ tuendus homo nouus nõ tamẽ ipſe me/ tu ab Agrippina oĩbus quondam Nar ciſi liberti amicis infenſa uacuus con/ tra Ivdeos ſtrenue rem geſſit. Deniq; ſortibus ac uaticiniys Carmelitani prę ſertim oraculi: Inſuper Ioſephi capti/ vi predictionibus excitatus inualeſcen te ubiq; poſt Neronis interitũ Rebe/ lione prouinciarum & euulgato recẽs arcano Imperatorẽ poſſe alibi q; Ro mę eligi necnon Amicorum impulſu occaſionem decreuit amplecti & prę rogatiua militum uſus facta multorũ prius diſquitione: ſe appellari Cęſarẽ paſſus eſt.*



Veſpaſiani Imperatoris uxor patre Flavio liberale ferentinate: nec amplius q; queſtorio Scriba genita: Quam pater Statilio ar.dā Equiti Romão addixerat Nec niſi recuperatorio Iudtio latine cōditionis Ingenuaq; pronũciata liberari potuit.




*Veſpaſiani Imperatori filia Cui matriq; eiuſdem nominis pater Supſtes fuit.*

# T. VESPASIANVS VESPASIANI IMP. FILIVS.




*Titus Veſpaſiani filius relictus Hieroſolimitanę expugnationi in deos tandem uicit ut apparet in eius arcu uia ſacra hic dictus eſt delitię humani generis propterea ꝙ nulli diſplicere: oībuſq; placere cupiebat hic ſolitꝰ erat dicere neminē a principe triſtē diſcedere oportere: mortuꝰ eſt i eadē uilla qua pater: ętatis ſuę anno xlij. cū iperaſſet annos tres; nec abſolutis relicta Iulia filia quā Domitianus patruꝰ apud ſe educatā ſtuprauit*




*Arricidia Tertulli filia Eqti Ro. & prę fecti quondã p̃torianarum cohortium uxor Titi Veſpaſiani quam ĩ defunctę locũ martiam Flauiã ſplendidi generis cũ ſublata filia diuortium fecit.*




Titi Imperatoris Cõiunx ſecũda
ſplēdidit Generis cũ qua ſublata
filia diuortium maritus fecit.




*Iulia Titi Imp. filia quā adhuc uirginem Domitianus patruus ardenter amās corrupit ex quo plures abortiuos emiſit.*

## IMP. CAES. DOMITIVNVS




Natus patre Veſpaſiano Coſ. D ad malum punicum Regione Vrbis. yi ubi poſtea templũ fuit gentis Flauię patri ac fratri tam minor q; Imperãs abſimilis Principatus initio mixtura inęqvali uitiorum atq; uirtutum tandem deflexit ad uitia Sũmus Imperii affectator patre adhuc uiuo Seuus imitis cui cũ deerat graſſandi materia mu

ſcas feriebat ſtilo: mortes exilia bonorum infinita narrata ſunt. Infand libidines etiam cum Iulia fratris filia: quam ut conceptum a ſe abigeret ad mortem coegit: quintodecimo tandem Imperii anno: poſt repetitas domitię Adultere uxoris nuptias/a Stephano Domicillę eius ex uxore Neptis procuratore interceptarũ pecuniarum reo aliiſq; coniuratis: uulneribus multis confoſſus in cubiculo uix a nutrice Philice populari Sandapila funerari potuit odium publicum.

# DOMITIALONGINA DOMIT. IMP. VXOR.




*Prius Aelio Lamię nupta. deinde a Domitiano: qui multorũ prius contrectauerat Vxores ante principatum abducta.*




Tertius Decimꝰ a.C. Iulio Cęſare oppido Narniȩ natus medie nobi/litatis/Date operā Petronio preſe/cto Petronii pathernuoq; Sapadone Domiciani īterfectore Imperiū eſt aſſecutus/Is admodū ſenexq̃ Traia/nū ob ipſius īdolē adoptauit Equiſſimūq; ſe adminiſtranda republica prebuit annū unū menſes quattuor dies octo ī Imperio Vixit Salluſtianis ī Hortis āno ſue ętatis.LXXI exceſſit euita inter diuos relatus.




*Vlpius antea crinitus exhibẽ-*
*te Nerua adoptionem ſuſcepit*
*Imperiũ:īſigniaq; apud Agrip*
*pinā Hiſpanię ciuitatē aſſum*
*pſit Natus eſt Italię eiuſdem*
*prouintię patre ulpio ex fami*
*lia antiqua magiſq; clara fines*
*Imperii magis poſt Auguſtũ*
*defenſi q; aucti propagauit ęq*
*tatis probitatiſq; mirę totum*
*per orbem terrarum eſt habi-*
*tus deo primus Apud Seleu-*
*cium uictor ex perſide Rediẽs*

*profluuio uentris extinctus eſt Cuius oſſa in foro quod ipſe edificauerat ſub columna altitudinis nonaginta pedum fuere condita: centumcellis portus mira nauigantium cõmoditate extructus ipſius opa noſtris adhuc tẽporibus cernitur: Decedẽ quoq; Traiano ob icõparabilem ipſius probitatem uox illa deinceps popularis in aſſumptione cuiuſq; principis acclamabatur ſcilicet felicior Auguſto melior Traiano.*

# PLOTINA VXOR TRAIANI IMP.




Traiani Imperatoris coniunx validiſſime apud virū potentię tantęq; auctoritatis fuit ut eius opera Hadrianus principatum prius deſtinatus: poſt cōcuſſus tandem contranitentibus adop/tione pretenſa & ſuppoſito qui pro Traiano alioquin mortuo feſſa uoce loqueretur preualue/rit cuius poſtea meriti Hadria nus imperans memor in hono/rem defunctę ſacram miro ſum ptu Aedem extruxit.



Cognomēto Afer Hadriani Im
peratoris pater Cōſobrius Tra
iani fuit origo gentis uetuſtior
ab Hadria manaſſe fertur quæ
poſtea in Senatum adſcita ma
giſtratibus atq; iſignibus uiris
claruit.

# 'DOMITIA PAVLINA HADR. IMP. M.




Gadibus orta Mater Hadriani Im
peratoris ſuit: quę Romam tradu
cta & Aelio uiro Hadrianũ ipſum
paulinamq; genuit.




Patre Aelio Hadriāo/Domitiaq; Pau
lina pręmiſſis natus Romę. IX. Kal'.
Febr. decimo ſuę ętatis anno patrem
amiſit: ſub tutoribus educatus gręcis
litteris adeo Impenſe operam dedit:
ut gręculus ſit a pleriſq; uocitatus.
De principatu a mathematicis ac Ver
gilianis ſortibus comperit. Per gratiā
Plotinę Auguſtę Imperatori Traia

no conciliatus eiuſdem etiam opera Imperium eſt aſſecutus Quod uirtute ſumma rebuſq;:clariſſime geſtis adminiſtrauerit Rem preterea militarē iam per ignauiam principum minus corruptam priſtinum ad morem diſciplinamq; reuocauit: Moribus & natura difficilis 'atq; ī omnibus uarius fuit Totum terrarum orbem imperans peragrauit Tandēq; e uia multis affectus incōmodis in Tiburtina uilla pro fluuio ſanguinis pene ad exitum actus/ Prius Ceionium Cōmodū/mox eo defuncto Arrium Antoninum qui pius ē dictus multis dolentibus adoptauit. Is tedio triſtiſſime ualitudinis uitaeq; miſere ſe mandauit occidi: & id per ſe facere conatus pugiōe ſubtracto ſenior eſt factus apud Baias ī conſpectu Antonii.vii.Idus Iulii , quā ipſe dicebat Blandulam Vagulamq; efflauit Animulam celeberrimus ab eo cōſtructus Rome pons iuxtaq; ipſum moles ſepulcri Cernitur.




Hadriāi Imperatoris uxor. Quā moroſam & aſperā dimiſſurū ſe dicebat ſi priuatus fuiſſet: Suſpectam quia familiarius cum ſeptitio claro prętorij pręfecto & Suetonio Tranquillo Epiſtolarū magiſtro ſe geſſerat: q; Maieſtas Domus Aulicę poſtulabat: nec ſine fabula dati ab Hadriāo uenēi obijt.

Le medaglie di questa Imperatrice sono molto rara in Bronzo e argento ma In oro sono rarissime




Hadriani Imperatoris delicię puerorum
oīum formoſiſſimus : muliebriter ab eo
cū ī vndis Nili periſſet deploratus Quē
gręci Hadriano uolente cōſecrauere. Ora
culaq; Hadrianus ipſe cōpoſuiſſe fertur p
eū dari aſſerentes Huius Antinoi duę ſta
tuę noſtris tpib⁹ repte ſunt ſūmę pulchri
tudinis quas Leo. x. Pōt. Max. ī Vaticāo
ſtatuit ī hui⁹ laudē Hadrian⁹ conſtituit
tēplū apđ Mātineā & ciuitatē ei⁹ noīs apđ
Nilū Hieronym⁹ eū Hadriani Cōcubinū
uocat īdignaturq; tēplū illi ēt Hieroſoli-
mis cōditū ad radices calvarię mōtis ubi
chriſtus ſupplicio fuerit affectus.




Aelius uerus ab Hadriano ad
optatus de ſucœſſore neceſſa
rio cogitabat ſtatimq; præ/
tor factus & panonijs dux
& rector ĩpoſitus mox conſul
creatus & quia erat deputato
Imperio iterum conſul deſi/
gnatus eſt.

A

# VRELIVS FVLVIVS ANTONINI PII IMP.P.




*Antōini pij Imperatoris pater ex Tito Aurelo Fuluio originē a Gallia tranſalpina dacēte eſt natus qui quidem Titus p Diuerſos honores ad ſecundū Cōſulatum: & preturā Vrbis peruenerat.*




Antonini pij Imperatoris Ma-ter: patrem habuit Antoninum Arrium bis Conſulem Sanctũ hominem : qui Neruam quod Imperare cępiſſet miſeratus ē uehementer dicitur.

# ANTONINVS AVG. PIVS.




Alias Titus Aurelius Fuluius Boio-
nius e Gallia transalpina Nemauſen
ſi ſcilicet patre Aurelio Fuluio conſu
lari: Matre arria fatidilla minime obſ
ſcuro Conſulariq; patre genita natus
Vxorem Anniam Fauſtinam Annij
ueri filiam habuit: Duoſq; ex ea filios
mares totidēq; feminas quarū altera
fauſtina uidelicet. M. Antonino eſt

nupta: Altera Lamię Sillano uixit an
nos .lxx. Integra ualitudine: ſtatura
eleuata: Decora facie: uoce rauca & ſo
nora Mortuus ē febre tertio ab ęgro/
tatione die. Cum alpinum caſeum ro/
raſſet auidius & uomuiſſet Diuus a
Senatu eſt appellatus omnibus ei de/
cretis honoribus: qui optimis antea
principibus delati ſunt. Merito Reli/
giōe pietate cæteriſq; aī bōis Numę
Regi comparatus Largus: & Comis:
pręcipueq; in Rhectores ac philoſo/
phos liberalis Hic principum omniū
ſolus ſine ciuili & hoſtili quantum in
ſe fuit ſanguine imperauit.

# IVNIA FAVDILLA ANT. PII IMP. SOROR.




*Antonini Pij Imperatoris Vterina Soror.*




Antonini Pij Imperatoris uxor: Cuius pater Annius Verus fuit De qua multa ob nimium ipſius libertatē. Viteq; facultatē ſunt dicta. Que pius coniunx non ſine ai ſummo dolore cōpreſſit. Ex ea Iunior Fauſtina eſt nata. M. Antonio philoſopho conſobrino ſuo ab eodē pio adoptato: Qui poſt ea una cū Lucio Aurelio Cōmodo imperauit Nupta: Alterā eiuſdē ucis natu maiorem Lucius Lamia Syllanus duxit Vxorem.

## LAMIO SILLANVS ANT.PII GENER.




Antonini pij per Fauſtinam maiorem natu Gener: Nam al teram minor ex eadem Matre cognomine. M. Aurelio philo/ ſopho ē ut p̃mittitur Nupta.




Proficiſcens Marcus ad bellũ Germanicũ filiã ſuam claudio pompeiano dedit genere antiocenſi nec ſatis nobili: quem poſtea biſconſulem fecit cum filia eius auguſta eſſet & auguſtę filia: ſed has nuptias & Fauſtia & ipſa: quę dabatur inuita habuerant.

# CRISPINA AVGVSTA.




Cõmodi Imperatoris uxor cu
ius inuidia Lucilla Soror eiuſ
dem principis de fratris nece
cũ quadrato & quintiano tra-
ctauerat/ac deprehenſa eſt ad
mortem adacta.




Genere Antrocenſi non ſatis nobili: Tamen Equite Romano natus. M. Antonini Imperatoris per Lucillam Iunioris Fauſtinę filiã Gener: vxori & Socrui Auguſtis ignobilitate deſpectus a ſocero Imperatore Bis conſul eſt factus




*Annius verus.* M. *Antonini Imperatoris pater qui in pretura deceſſit.*




*M. Antonini philoſophi Imperatoris Mater Annij ueri cõiũx Caluilij Iuli Bis cõſulis filia: q̃cũ filiũ Marcum Iam imperantẽ ad diuiſionem bonorum uocaret: quia ſorori Annię Cornificię totũ patrimonium conceſſerat Reſpondit ſe Aui Bonis eſſe Contentum addens ut & mater ſi uellet in ſororem ſuum conferret patrimoniũ ne inferior eſſet ſoror Marito.*




*Annii Veri / qui in prętura deceſſit filius: patrem habuit cognominẽ: Anũ Bis Conſulem & pręfectum Vrbis in patricios a principibus, Veſpaſiano & Tito Cenſoribus adſcitum: Cuius etiã pater proauus ſcilicet Marci Annius Verus ex ſuccubano Hiſpanię mancipio Senator eſt factus & idẽ auus Annium libonem Conſulem & Galleri um*

*Fauſtinam Auguſtam liberos habuit ex qua Fauſtina Antonini pij Coniu-ge nata eſt altera Fauſtina Marci ip-ſius Imperatoris conſobrina & uxor Hadrianus enim Imperator ea lege An-toninum Pium adoptauerat: Eiq; Ga-leriam Fauſtinam matrimonio iunxe-rat ut ſibi ipſe Marcum: Marcus uero L. Verum Comodum adoptarēt quod ab utroq; eſt factum. Sic.n. Marcus & Comodus pariter Auguſti primi Im-perauere: Marcus autē ab ineunte eta-te philoſophiæ diſciplinisq; deditus poſtea ſanctitate uitę omnes principes anteceſſit.*




M. Antonini philoſophi Imperatoris &
Fauſtinę Iunioris filius: Cōmodi frater
Qui execto ei ſub haure Tubere ſeptē-
nis obijt. Nec longiore q; dierum quĩq;
luctu eſt aparentibus defletus Aurea ta-
men eius imago Circenſibus per Pom-
pam eſt ferenda decreta & ut inſaliari
Carmine eius inſert entur nomen cantū.




M.Antonini Imperatoris Soror nata minor.

# L. AELIVS. VERVS AVG, ARM.



Ceionij Cōmodi patris nomine prius appellatus Aeliorū principū familiæ per adoptionem Hadriani imperatoris: Cui acceptior forma q̄; moribus fuiſſe dicebatur adſcitus Veri nomen accœpit. Secretis (ut aiebant) conditionibus ac Iureiurādo pactū: Cęſar hic primus deſtinatorum ad principatū eſt nuncupatus. Statimq; poſt adop-

tionem prętor & ſubinde Cõſul factus Panoniſq; Dux impoſitus. Quem t[illegible] men ſic oſtenſum terris fata nõ ultr[illegible] eſſe Miſera enim preſſus uallitudine ac in ipſo iuuentę flore extinctus locum alterius adoptioni dedit Hadri[illegible] nus ei ſtatuas per totum orbem Colloſſos:nõnulliſq; ĩ urbibus templa reponi Iuſſit[illegible] Regię pulchritudinis ac Venuſtatis eſt habitus. Celſioris eloquentię poetarũ Cultor diffluentiũq; uoluptatum amator fuit. Eius filius Antoninus Verus: Is fuiſſe phibetur qui eſt a Marco adoptatus. Deſpõſataq; ei Lucilla filia ex Iuniore Fauſtina gener factus.

# FABIA. L. VERI IMP. SOROR.




*Lucij Veri Cęſaris paris cum Marco maieſtatis & Iuris Soror: quę poſt Fauſtinę mortem ut. M. Antonino nuberet eſt admixta ſed ipſe ne tot liberis Nouercam ſuper īducæret procuratoris uxoris ſuæ Fauſtinæ filiam ſibi cōcubinam adſciuit.*




Alter ex duobus. M. Aurelij An
tonini philoſophi & Fauſtinę Iu
nioris filijs fratri ac deinde patri
in Pânonia Bellũ gerenti ſupſtes
puer adhuc ſub tutoribus relictus
Imperauit: Mox flagitijs & pro/
bris omnibus que dici cogitari ne
poſſint ac tactus: nũq; uel mane ſo
brius: In humane crudelitatis Ita
ut nulli ordini, nec ætati neq; ſe/
xui pepœrit: qui Neronis & Cal/
ligulę Seuitiã ęquare contendit:
Natum ex gladiatore: quẽ perdi/
te adamatum a Fauſtina conſtat/

# COMMODVS ANTONINVS PIVS AVG FE.

*nõ ex Marco multi credidere: quos qdẽ
gladiatores continue Comodus ĩperãs
fouit caroſq; habuit flaueſcentem uero
Comã ita nutriuit atq; ea ſic delectaba
tur ut aures ſępe puluiſculo ĩſꝑgeret:
Vana quoq; ſupſtitõe captus ſe coli ut
deũ affectauit Deq; ſuo noĩe mẽſes uo/
cari nõnullos uoluit Alexãdriã Como
dianã dici dũ uixit Iuſſit: capitales inſi
dias cũ plures euaſiſſet. Tãdẽ inſpecta
ex libellis de manu puſionis philo Co/
modi nece q̊; Marcię cõcubię lęto exer
atuũ ꝑfecto Electoq; cubiculario ꝓxi/
mã ĩ noctẽ parauerat uenenatũ poculũ
ſibi ab Amica porrectũ ut ſuauius bibe
ret ĩprudẽs ſũpſit ſtatimq; capitis gra
uedine occupatus & ĩ ſoporẽ prolapſus
a Narciſo eſt in cubiculo ſtrãgulatus
diris populi acclamatõibus ĩſectatus ẽ
Vixq; ut clã noctu ſepeliretur obtentũ:
Eraſo ꝑ Senatũ ubiq; eius noĩe: ſigniſq;
oĩbus ĩ gratiã ipſius poſitis deletis cui
in imperio pertinax ſucceſſit.*




Marci Aurelij Antonini philoſophi Imperatoris & fauſtię iunioris filius Cõmodi/qui poſtea imperauit frater natu minor/fato priuſquã pater moreretur functus.

# IMP.M.DID.IVLIANVS.AVG.



Educatus apud Domitiam Lucillã matrẽ. Marci Imp. q̃ſtor ante annum q; legitima ętas ſinebat deſignatus eſt / multa ante & poſtea Imp. clare geſſit. benigniſſimus ad ſubſcriptiões. moderatiſſimus ad libertatẽ. uixit annis. LVI. Imperauit menſi duobus.

# ,SEPTIMEVS SEVERVS AVG.IMP. LXXXII



*Seuerus africa oriundus ciuitate lepti
adepto imperio Ro. multa ſtrenue geſ
ſit. nec alius ante nec poſt ipm̄ ex afri
ca fuit Imp uictorijs clarus. eius opus
Romę, arcus triumphalis, Septironiū
& thermę.*

# MARCIA OCTACIL. SEVERA AVG.




*Martia Seueri uxor, de qua tacuit ĩ hiſtoria vitę priuatę cui poſtea ĩ imperio ſtatuas collocauit.*



Amiſſa priore uxore Seuerus cũ aliam ducere uellet genituras ſpõſarum requirebat/ipſe quoq; ma/theſeos peritiſſimus & cum audiſſet in ſyria eſſe quandam quę id genitinę haberet ut regi iungeretur eandem uxorem petijt Iuliam ſcilicet/& accępit interuentu amicorũ:ex qua ſtatim pater factus eſt.



Fuit uir forma conſpicuus : igenio clarus:moribus clemẽs nobilis uultu natura placidus . ſingularis eloquentię: nitidę litteraturę: ſobrius diligens.largus.alieni abſtinẽs.laudabilis & qui merito Numę põpilio bono ex ſententia cõparatus.




Iulia mamęa auguſta Alexandri Imperatoris mater cuius conſilio filius omnia faciebat.



Alexander cui mãmea mater fuit a
prima pueritia bonis artibus imbu
tus. ſingulis diebus uel ad litteras
uel ad militiã ſe exerœbat fuit cor
poris uenuſtate decorus. cunctis
amabilis & ab alijs pius appellatus
ab omnibus certe ſanctus & utilis
rei. p. ob matris auaritiam ab mili/
tibus tandem trucidatus una cũ ea.




*Hic ex vico thracię/utroq; genitus*
*parēte barbaro. forma decorus. mo*
*ribus ferus & aſper ſtatura corpo*
*ris ꝓcerus. militari certamīe ſemꝑ*
*victor. bibiſſe aiunt in die vini am*
*phorā comediſſe carnis libras. lx.*
*ſudoris ſepe tres ſextarios oſtēdiſ*
*ſe. n. ilites aſtutia potiuſq; virtu-*
*te regebat. nunciabatur orbem ter-*
*rarum veniſſę in eius odium quare*
*timentes milites patrē ac filiū cū*
*in tentorio ī meridie q̄ſcerēt occi*
*derunt in obſeſſione aquileie.*

# IMP, CAES, M, CLOD, PIPIENVS AVG,




*Quem Græci Maximum Latini Pi/pienum ſcribunt hic a Senatu creatus eſt imperator una cum Balbino & Gordiano iuniore.*




*Senatus cōtra Maximinū tres imperatores creauit inter quos Balbinus nihil aliud de hoc extat niſi q̄ Ceſar dictus eſt.*

# IMP. CORDIANVS AVG.



Hic accitus in imperium a ſe/
natu uocatus eſt auguſtus im
perauit una cum Pipieno & Al
bino annis duobus/quibus frau
de militum interpretis ſolus in
Imperio remanſit. fuit autem
iuuenis amabilis & gratioſus.
Ipſeq; demũ dolo Philippi ara
bis: qui poſtea factus eſt cęſar
a militibus trucidatus eſt.




*Ex arabia imperator creatus primus Imperatorũ chriſtianus una cũ philippo filio imperauit annis.vij. fuitq; imperando ſuperbiſſimus nihilq; memoria dignum geſſit*




*Hic ex inferiore panonia in re militari ſtrenuus ĩ chriſtianos vii. pſecutionẽ exer cuit tandẽ cum filio a barbaris intereptus eſt cum imperaſſet annis. ii. & menſ. iiii.*

## IMP.CAES.VIB.TREBONIANVS GAL.LXXXVIII



Gallus hoſtilianus imperauit una cum
Voluſiano filio annis.ii. quo tempore
inſurrexit nouatianorum hereſis & ma
gna fuit catholicę eccleſię perſecutio:



Valerianus cum Galieno filio regnauit annis. X V. Valerianus fuit appellatus ab exercitu Auguſtus congratulante etiã ſenatu. quia fuit vir nobilis: ſcientia: eloquẽtiaq; clarus ſed omnium infortunatiſſimus. nam cum in meſapotamia bellum cum perſis gereret a Sapore perſarum rege captus. atq; in ſeruiturẽ redactus in qua miſerrime ſenectutem deduxit: ac quotienſcunq; rex equũ conſcenderet ipſe ſuis humeris regẽ ſuſtinebat: fuitq; magnus chriſtianorum perſecutor.




Claudius.ii.imperauit annũ.i.& menſes.ix.hic ſenatus cõſenſu electus eſt fertur etiam habuiſſe bona oĩum Imperatorũ:pugnauit cum gothis & eos ſuperauit unde in ſua curia poſitum aureum ſcutum i capitolio aurea ſtatua.obijtq; Smyrnę

# DN, QVINTILLVS AVG,




Poſt mortem Claudi Quintil lus frater ſucceſſit uir optimus Imperauitq; diebus tantumodo .xvij. quia Aquileiæ interfectus eſt.




Hic ex dacia utroq; parēte barbaro muros urbis magis q̃ nullus uel ante uel poſt ampliauit: fuit uir fortiſſimus ſed inmanis: bellū cū gothis geſſit: ac ſuperauit: fraude tamen ſerui conſtantinopoli occiditur.




Vir hic conſularis ſenex/ac grauis: militum populiq; conſenſu creatus eſt imperator. fuit etiam moderatus: ſobrius: & dum acuens uacaret lectionibus incumbebat nihil tamẽ propter temporis breuitatẽ geſſit cum ſex tantum menſibus imperaſſet.




*Imperauit diebus tantum. lxxix. fuit hic taciti frater cui succeſſit in Imperio & ſimillimus illi. finito q; imperio paulopoſt a militibus occiſus eſt.*

# PROBVS P:F.AVG,




Hic Sirmio panonię urbe oriundus impe/ravit annis .vi. fuit profecto vir bonus & omnium bonorum iudicio creatus impera tor. tandem prope Sirmium a militibus in terfectus eſt/cum eos uehemēter agitaret.



*Vir inter bonos magis q̃ inter malos principes collocandus: & longe melior ſi carinum non reliquiſſet hęredem. Qui theſiphōtis fines fataliter ro. principi conſtitutos tranſgredi uolēs fulmine abſumptus eſt.*

# M. AVR. NVMERIANVS NOB, C.




*Hic cari filius egregie moratus & uere dignus imperio: eloquētia clarus. multa ſcripſit. dum lectica portantur factione* Atrij *apri ſoceri ſui qui inuadere conabatur imperium occiſus eſt.*




*Fuit hic ex dalmatia oriundus vir magnanimus ac prudēs exortis undiq; maximis bellis elegit ſibi collegam in imperio maximianū appellavit auguſtū. hic maximum omnium in chriſtianos rabiem exercuit & ſtrages multas ubiq; fecit. poſt multas tandem victorias iā ſenex priuatus vixit in patria iuxta Salonas.*

# IMP. C. MAXIMIANVS P. F. AVG.




*Hic a Diocletiano in regno aſſum ptus collega. Diocletianus in oc/cidente Maximianus in oriente & ambo multitudinem ad mortē coegerunt uterq; crudeliſſimus p̄cipue contra chriſtianos.*




*Magnentius Maximiani augu*
*ſti filius a pretoriāis militibus*
*Romę auguſtus appellatur de*
*mum iuxta pontem miluui a cō*
*ſtantino ſuperatus anno ſui Im*
*perii, vij, occiditur.*

FLVAL.CONSTANTIVS NOB.CAES.




Conſtantius eutropij filius: magni cō
ſtantini pater: atq; una cum galerio A
diocletiano factus cęſar hi dimiſerunt
ſibi imperium/conſtantius ſibi Galli
am & hiſpaniam elegit, cęteras autem
prouincias Galerio dimiſit.




Criſpus & Conſtantinus filii Conſtantini & Licinius adoleſcens Licinii Auguſti filius Conſtātini ex ſorore nepos Cęſares appellantur: quorū Criſpum Lactantius uir omnium ſui temporis eloquentiſſimus latinis litteris erudiuit. anno imperii ſui nono crudeliſſimo interficit'

# CONSTANTINVS MAGNVS



Conſtantinus magnus conſtantii ex Helena filius imperauit annis. xxx. menſibus. x. hic uirtute omni preditus. maxentium tyrãnum uicit. bella ciuilia compeſcuit. hic Silueſtri papę ſuaſu religionem chriſtianam multis priuilegiis ac legibus ex ęquo & bono ſtabiliuit. Cõſtantinopolin in ruinis bizantii ad comprimendos barbarorũ incurſiones. excitauit. relictis tribus filiis conſtantino conſtantio & conſtante qui poſt ſimul imperauerunt.




*Conſtantinus Cōſtātini magni filius a fratribus ſuis conſtantio & conſtante interfectus cum imperaſſet cum illis annis.xxiii.*

## DN.CONSTANTIVS.PF.AVG.



*Conſtantius .ij. mortuis fratribus ſolus imperauit fuit enim vir moderatus ac mitis: quamuis arrianam ſectam multum fouerit: & ubiq; catholicos inſectantur. cuĩ auxilio Arrius fretus, & cõtra fides inuehẽs: cum euacuandi corpus ſecederet inteſtina omnia in latrinam emiſit.*




*Hic fuit uir nequam, & arrianę ſeptę d ditiſſimus & propterea magnopere catholicos inſeptatus dum multa cum perſis bella geſſiſſet, factus omni bus intolerabilis & inſolentiſſimus in terfectus fuit.*

## D.N.FL.CL.IVLIANVS.AVG.




*Iulianus magni cōſtātini nepos a chriſtiana religione deſciſcens apoſtata effectus eſt. Et catholicos inſectatus: qua propter diuino iudicio interfectus eſt cum bellum perſis inferret. fuit vir alioquin litteratiſſimus & multæ memoriȩ: ac gloriæ cupidiſſimus.*



E panonia hic oriundus impera
vit mēſibus .vii fuit n. corpe de
corus: animo letus: doctus mu
nificus. Et mortuo Iuliano cum
ſè Imperatorē ab exercitu ele
ctū uideret, cum ſim inquit chri
ſtianus nequeo idola colētibus
imperare. omnes unanimiter ſe
futuros christianos clamauerūt
& pace cōfirmata reddidit chri
ſtianis omnia priuilegia quæ
a Iuliano antea ſublata erant.



Hic etiam pannonius Imp. electus regnauit cum fratre ſuo ualente annis. xi fuit uir prudens, corpore decorus, ac chriſtianiſſimus, ſimiliſq; hadriano & aureliano: qui ſtatim poſt mortem Iouiniani electus ē Imperator: creatoq; Auguſto Gratiano filio una cum ualēte fratre, ſubita ſanguinis effuſione interiit.




Valens Valẽtiniani frater una cum
Gratião fratris filio Imperauit an
nis.iii.omnia recte adminiſtrantes.
Verum ualẽs arrianę ſectę deuotus
catholicos acriter ĩſectatus eſt. Iuſ
ſit & monachos militare: & crucia
tibus impellebat : multoſq; exules
egit quos tandem penitentia ductus
ab exilio reuocauit qui poſtea cum
gothis bellum gerens ab eis ſupera
tus uiuus crematus eſt.




Poſt mortem Valentis patrui regnauit
bi cum valentiniano fratre annis. vi. fuit
enim vir gratus & catholicus. fretus tam
diuino auxilio alamanos ſuperauit. & po-
tiſſimam italię partem arriana perfidia
implicitam ad catholicam fidem ſua boni
tate & optimus exemplis reduxit. poſtea
vero cernens gentes multas Ro. Imp. in
feſtiſſimas elegit imperatorem Theodo
ſium ſuum fratrem.




Regnauit hic cum Theodoſio fratre ſuo annis viii hic in occidente ille uero in oriente. ſed cum Valētinianus ex gallia a mecio tyranno deturbatus. a Theodoſio tamē paruo quidem exercitu reſtituitur interfecto apud aquileiam tyranno. de huius morte uaria eſt ſcriptorum opinio.

## D.N.TEODOSIVS P.F.AVG.




Hic in occidẽtis & oriẽtis Imperio: poſt
mortẽ Val. fratris regnauit annis .iij.
fuit enim uir optimus ac chriſtianiſſi-
mus: ſimillimusq; Traiano unde origi-
nem ducebat. erat hic omni uirtute prę
ditus multę ꝑpterea gẽtes reiectis ido
lis cõuerſę ſũt ad xp̃m eius ętate multi
clari extiterũt uiri ipſe aũt annũ agẽs .l. fe
liciter diẽ clusit ultimũ relictus augu
ſtis duobus filijs arcadio .ſ. & honorio.




Theodoſius Iunior arcad i filius Im/
perauit annis.xxvi.hic anno imperij ſui
.ij.elegit in occidẽtali imperio placidiã
ſuam amitam.obiit ipſe tãdem conſtã
tinopoli.




*Valentinianus imp. vna cum Martiano imperauit annis. vi. Qui tandem Romæ in campo Martio inſidiis cuiuſdam qui dicebatur Maximus occiſus ē.*




Natione hic Iſauricus a Leone ante mortē una cum filio Auguſtus declaratur. Imperauit annis .xvii. cum multas condidiſſet leges/noſa damnum maxima continopoli conflagratione ab hoſtibus fieri dolore cum morbum contraxit ex quo paulo poſt uitam finiuit.




Iuſtinus ſenemor Anaſtaſio Imperatori ſubrogatus imperauit annis viii fuit autem ortodoxę fidei amator ac protector acerrimus hereticorum nomen pro uiribus extinxit. Iuſtiniano tandem ſororis ſuę filio. Imperatore deſignato uitę finē fecit.




Iuſtinianus ſuperioris iuſtini ex ſo/
rore nepos Imperauit annis xxix fuit
enim uir doctiſſimus idem quoq; legũ
Epithomen iiii. librorũ fecit quę an/
tra diffuſiſſimę erant (accitis uiris do/
ctiſſimis qui eas coartarent. deniq; cũ
templum celeberrimus ĩ honorẽ ſcẽ So
phię ſua ĩpenſa edificaſſet: & collapſum
imperium per duces ſuos beliſſariũ
& narſetem inſtauraſſet amens ac ſtul
tus factus interiit.




Iuſtinus Iunior hic ex ſorore Iu/
ſtiniani magni nepos . uir quidem
per omnia auunculo aſſimilis . ſed
auarus: Improbus :rapax deorum
hominumq; contemptor in inſaniã
incidit . Quãobrem eius uxor So/
phia Imperium uſq; ad Tiberii.ii.
tempora gubernauit. hic cum tybe
rium adoptaſſet in filium appellaſ/
ſetq; a guſtum ſtatim amens effe/
ctus dolore pedum uitam finiuit.




*Mauritius Tyberii gener Imperavit annis. xx. hic genere Cappadox Imperium tamen ob animi virtutē armenos & perſas per prefectos ſuos debellavit verum milites ſuis ſtipēdiis fraudati. Phocam centurionem Imp. eligunt. & ipſum mauritium propter avaritiam una cum uxore ac liberis omnibus obtruncant.*



Hic poſt Mauritium Imp.creatus im
perauit annis.xiii magnam de ſe ſpem
prebuit. ſed rerum exitus multorum
feſellit opinionem. Cum imperium ob
eius negligentiam. in dies deperiret.
Senatus eius negligentiam ſeuitiamq;
non ſubſtinens. accitus ex africa hera/
clitus ſubito Phocam deuicit & cepit:
capto manus & pedes obtruncat. liga
toq; ad collum ſaxo in mare merſit &
hoc conſtantinopoli: geſtum eſt.




Imperauit dec ãnos, xxvii, cõparato ſta
tim magno exercitu in Perſas progre
diens Perſarum ducem ſingulari cer
tamine ſuperauit, Crucem Dñi a Co
ſdroe ſeniore captam recuperauit.
Deinde luxui ſe tradens neptem ince
ſtuoſo matrimonio ſibi copulauit: cu
ius tempore Mahumetana cepit ſecta
& ab eo repreſſa: tandem poſtea in
dies magis magiſq; inualuit.

# IMP. CONSTANTINVS AVG. III.



Conſtātinus .iii. vir peſſimus
& hereticus: hic ſub ſpecie re
ligionis Romā veniēs: quinta
die ad direptionē ſe cōuertit,
uniuerſas ſtatuas ex ere & mar
more ad vrbis ornamētum po
ſitas diripuit & eccleſiarū pre
tioſa queq; ſuſtulit, plus ipſe
vrbi ſeptē diebus detraxit q̄
barbari ante .cc.lxxyiii annis
q poſtea cū Syracuſas puēiſſet
ibidē i balneo a ſuis occiſus ē.




*Poſt mortem Conſtantini.iii. creatus eſt imp. unus ex militibus ſuis Maxentius nomine/ſed non multo poſt Conſtantinus eius filius accepta purpura. Maxentium cum omnibus qui patrem occiderant interfecit.*

## IMP. CONSTANTINVS. P. F. AVG. VII.



*Fuit vir catholicus & amicus Chriſtianorum fideliſſimus/ uita moderatus/ bonorum ſemp conſilio dum imperaret uſus ē a ſuis tandem cū in palatium refugere ex eo precipitauerūt.*




Vir utiq; catholicus ac modeſtus
inde mox eccleſias diruptas ab he
reticis ſub Heraclio patre inſtau
rauit, multaſq; alias nouas fecit,
ſaracenos deuicit & uectigales red
didit & ut Grecos Romanę eccle
ſię uniret ſextam ſynodū ſub Aga
thone papa celebrari iuſſit.

# IMP. TIBERIVS HISMARVS AVG.




*Tyberius cognomeuto Iſmarus, Leonem imp. ex imperio detur bauit: ſuſcept q; ipſe imperio re gnauit annis . vi.*



*Imperauit hic menſibus xviii. interfectoq; Iuſtiniano una cũ filio imperium ſuſcepit cui cum nollent Romani parere / propterea quod hereticus erat, magnũ bellũ exortum eſt ab Anaſtaſio tandem erutis prius oculis ex imperio deturbatus eſt.*

# IMP . TEODOSIVS . III . AVG .



Fuit hic benignus & omnibus mites maximo cum honore imperium gubernauit Eo imperãte maxima fuit Tyberis inundatio adeo ꝙ magnã urbis partem occupauit.




*Leo Iſmarus imperavit annis xxiiii. hic elegit ſibi ſocium in imperio filium: hic perſecutus eſt vehementer Chriſtianos iuſſitq; ex urbe Roma ſanctorum imagines Conſtantinopolim deportari & ibi omnes combuſſit.*

IMP. CONSTANTINVS. P. F. AVG. IIII.



*Hic Leonis filius imperauit*
*Annis . xxv . iniquitate &*
*crudelitate patrem ſuperauit*
*Chriſtianorũ inimiciſſimus*
*magięq; deditus multoſq;*
*ob eam errare coegit .*



*Tauritius Irenes imperatricis filius / imperauit Conſtantino / poſt annis duobus: cui in regno Nicephorus ſucceſſit.*

D, N. NICEFORVS, P, F,



*Hic Tauri[illegible] in regno ſuccedês imperauit annis v. Fuit enim imperator auariſſimus: qua de cauſa imperium quaſi penitus corruit.*



Fuit hic vir catholicus, bonus,
ac mitis, reſtituens omnibus:
q̄ ę Nicephorus ob auaritiã ra
puerat, omneſq; Chriſtianæ re
ligionis aduerſarios conatus eſt
pro viribus extinguere.

# IMP, LODOVICVS, P, F, AVG



*Lodouicus Caroli magni filius*
*cui in regno ſucceſſit / impera*
*uit annis.xxv.Fuit enim uir op*
*timus & paternę uirtutis imita*
*tor.*

## IMP, LOTTARIVS, P, F, AVG, CXII



*Hic Lodouici filius: imperauit annis .xii. ab hoc Lottoringni populi & regio Lottoringia dicta eſt: hic coronatus a Sergio pontifice Ro. relicto demum ſuis filiis imperio monachi habitum recepit.*



Lodouicus Balbus Lotterii fi
lius: Imperauit annis.xxi. hu
ius tempore floruit Ioãnes Sco
tus in ſacris litteris eruditiſſi
mus: qui multa uolumina edi
dit & illuminauit eccleſiam cū
Ipſe Scotus .i. obſcurus cogno
mi aretur.



Carolus .ii cognomento Caluus quintus Gallorum imperator imperauit annis .xi. hic autem uir catholicus multa monaſteria & eccleſias condidit & rem diuinam admodum auxit.

## IMP: CAROLVS SIMP. T. AVG.



Hic filius Caroli cognomen
to Calui coronatus a Ioáne
viii imperauit annis.xii hic
pacifice ac tranquille Galliā
Germaniamq; rexit. Huius
tempore Vngari e Scythia
deſcendentes Panoniā occu
pauerunt expulſis Cameriis
ex gente Attilæ.




Arnulphus ultimus in Caro
li proſapia imperauit qui cũ
Berengario Italiæ rege bel
lũ geſſit: primo victor, mox
renouato prælio ad victos &
captus & luminibus orba
tus eſt cũ prefuiſſet ãnor. yi



Hic patri Berengario ſucceſ
ſit: tribus deinde poſt annis
a Rodulpho Burgundo rege
pulſus ab Italia ſeſe ad Panõ
nios recepit.




Lottarius .ii. imperauit in Italia annis .ii. tamen coronato non fuit. Cui tempore uerſus eſt in colorem ſanguinis: haud multo poſt: maxima exorta eſt hominum peſtilentia.



Hic cum ſuo filio Alberto imperauit in Italia ãnis.xiiii qui aſperrime regnauit modo expulſus modo in gratia Othonis aduerſarii rediens tandem Romã profectus a pontifice corona imperii recepit.



*Otho Germanorũ .ii. imp. quem pa rem imperii conſortem fuerat: defuncto pater ſolus imperauit annis: xvii. vir optimus patriq; ſimi i mus & eccleſiæ acerrimus defenſor.*



Otho .iii. Othonis .ii. impe rauit in regno Occidentali annis .xii. qui ob ſtrenuitatē appellatus eſt orbis miracu lum: a Gregorio .v. corona tus, compoſitis demum re bus Italicis, in Saxoniam re uerſus eſt.



Filius Othonis .ii. imperauit annis xii. menſ. vi. hic cum eſſet Bauariæ dux ab omnibus humaniter principibus electus. Multa in Germania & Italia bella geſſit. Aiunt ipſum cum uxore ſua perpetuam ſeruaſſe virginitatem.

# D. N. HENRICVS. P. F. AVG. III.



*Enricus gener Corradi imp.*
*cui in regno ſucceſſit, impera*
*vit annis. iii. eius tempore*
*inuentum eſt Romæ corpus*
*gigantis vaſq; magnitudinis*
*atq; integrum iuxta quod erat*
*Epitaphium cum hac inſcrip*
*tione.* HIC SITVS EST
PALAS EVANDRI FI
LIVS: QVI TVRNI
REGIS HASTA ITER
FECTVS OCCVBVIT.



*Hic natione Sueuus biēnio poſt Enricū diſſidentibus interſe proceribus impera tor elegitur qui cõpariſſet multas in Italia ciuitates re bellaſſe ſtatim Mediola nū properans adireptione temperauit.*

## TABVLA


A

Alexander Magnus 5
Aurelia M. Cæſ. Dict. 15
Accia. M. Augusta 22
Agrippa. M. f. coſ. iii 26
Agrippa. m. agrippæ. f. 27
Agrippina. M. agrippæ f. 30
Antonia augusta 31
Antonia iunior 32
Agrippina m f. 33
Agrippina Germanici 35
Aemilia lepida 39
Aelia petina 41
Agrippina germ. f. 42
Antonia claudij imp f. 44
Antonia maior 46
Albia terentia 53
A. Vitellius ger. 56
A. Vitellius petron. 58
Arricidia ti. ueſp. 62
Aelius hadrianus 67
Antinous hadriani 69
Aelius uerus 70
Aurelius fuluius 70
Arria fatidilla 71
Antoninus aug. pius 71
Aurelius uerus 74
Annia cornificia 76
Antonius ueriſſ. 81
Aurelius cæſ. 83
Alexander tius 84
Aurelianus. p. f. aug 90
Arnulphus aug. 114

B

Britannicus cæſ. cl. ip. f. 42
Balbinus aug. 86
Bellingarius. ij. 114
Bellingarius. iij. 115

C

C. Marius. vij. coſ. 7
Cn. Pompeius mag. 8
C. Caſſius 11
Cleopatra 13
C. Ceſar dictator. 16
Cornelia cinne 18
Calphurnia piſonis 19
Cæſario. c. cæſ. f. 21
C. Marcellus 24
Claudia vxor augusti 24
C. Marcellus octauie, f, 27
C, Tiberius nero 28
C, Cæſ, aug. ger, 35
Cæſonia, c, cæſ, 37
Claudius cæſ, imp, 39
Claudia clau, imp, f, 43
Cn, põpeius mag, clau, 44
Cn, domitius 45

Clavdia avguſta 49
Criſpina avguſta 73
Clavdius pompeianus 74
Cõmodus antoninus 80
Clodius pipienus 85
Claudius aug, 89
Carus . P , F . aug . 91
Conſtantius nob , caeſ , 94
Criſpus nob , ceſ , 95
Conſtantinus mag , 95
Conſtantinus avg , 96
Conſtan , p . f , aug . 96
Conſtans avg . 97
Conſtantinus , iii , 105
Conſtantinus . iiii . 106
Conſtantinus , iiii . 109
Carolus cal . 113
Carolus ſimp . 183
Coradus avg . 118

D

Druſus caeſ . 30
Druſus Tiberij 31
Druſus germanici 34
Druſus clavdij 43
Domicilla veſp . f . 61
Domitianus imp . 62
Domitia longina 64
Domitia paulina 67
Domitia caluilla 75
Did . iulianus 81
Diocletianus aug . 93

E

Eraclius aug . 105

F

Fulvia .m. antoni 13
Flavia domicilla 60
Faustina aug . 72
Faustine aug, pii aug. f 74
Fabia , l. ver . imp, ſoror 79
Filippus ,c, aug, 87
Florianus aug. 91
Foca caeſ. aug. 104
Filippicus aug . 108

G

Germanicus 32
Galba ga . imp'p. 50
Galba aug, 51
Galeria fundana 57
Gordianus aug . 86
Gratianus aug . 99

H

Herculanilla cla. 40
Hadrianus avg , 68
Henricus clavdius , ii , 117
Henricus avg , iiii , 117

I

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ianus | 5 | Lamio ſillanus | 72 |
| Iulia,c,cæſ,f, pōp, uxor | 17 | L, aelius uerus | 78 |
| Iulia,c,cæſ,c.marii ux, | 17 | L, ſeptimius ſeuerus | 82 |
| Iulia d uſilla | 20 | Leo iſmarus ,iii, | 109 |
| Iulia aug . f, | 26 | Lodouicus aug , | 111 |
| Iunia clavdia | 38 | Lodouicus balbus | 112 |
| Iulia titi imp ,f, | 64 | Lottarius aug , | 112 |
| Iunia ſavdilla | 72 | Lottarius.ii.imp. | 115 |
| Iulia aquilia | 83 | M | |
| Iulia mamea | 84 | M, marcellus | 6 |
| Iulianus aug, | 97 | M, portius cato | 9 |
| Iouinianus aug, | 98 | M.t. cicero | 9 |
| Iuſtinus maior | 102 | M, brutus | 11 |
| Iuſtinianvs,p.p,avg. | 103 | M, antonius | 12 |
| Iuſtinianus iun, | 103 | Martia,c,cæſ,dict,avia | 15 |
| Iuſtinianus ,ii, avg, | 107 | Martia fulvia | 62 |
| L | | M, aur,ant,pius aug, | 75 |
| L, cæſ, pat,cæſ.dict, | 14 | Martia ota illa | 82 |
| Livia druſilla | 25 | Maximinus pius | 85 |
| Livia druſi | 28 | M, aur . numerianus | 92 |
| Lollia pavlina | 36 | Maximianus aug, | 93 |
| Livia oreſtilla | 37 | Maxentius avg, | 94 |
| Livia druſi | 38 | Mavritius avg, | 104 |
| Livia medullina | 40 | Maxentius imp, | 106 |
| L, ſillanus | 45 | Micael imp. | 115 |
| Lepida domitia | 46 | N | |
| Lepida galbe | 52 | Nero germanici, f, | 34 |
| L, ſilvius | 53 | Nero imperator | 47 |
| L, uitellius | 55 | Numia acbaia | 50 |

Nerva imp, 65
Numerianus 29
Nicephorus 110

O

Octauius augusti pater 21
Octauius caeſ, augusti 22
Octauia ſoror augusti 23
Octauia cl, imp, f, 48
Otho caeſ, aug. 54
Otho aug, 116
Otho, iii, aug 116

P

P. clodius 10
Pompeia.Q.pompei,f, 19
Plaudilla augusta 20
Popea ſabina 43
Piſo frugi licinianus 52
Petronia,a,uitelsimp,m, 57
Plotina uxor traiani 66
Probus aug, 91

Q

Quintillus aug, 89

S

Scribonia augusti uxor 25
Statilia meſſalina 49
Sergius galba 50
Ser, galba aug, 51
Sex.ilia,a,uitelli ip.f,m, 55
Sabina aug: hadriani 69
Seuerianus nob.c. 88

T

Tiberius caeſ.d aug.p. 29
Tiberius tiberii 33
Ti. fi. ſabinus 58
Ti. ueſpaſianus 61
Traianus imp. 65
Traianus decius 87
Trebonianus Gallus 88
Tacitus aug. 90
Teodoſius p.f. 100
Teodoſius minor 101
Tiberius iſmarus 107
Teodoſius, iii. 108
Tauritius aug. 110

V

Valeria meſſalina 41
Veſpaſia polla 59
Veſpaſianus aug. 59
Verus,m.ant.imp.f. 77
Valentinianus aug. 98
Valens. pf. 99
Valentinianus.p.f.aug. 100
Valentinianus aug.iiii. 101

Z

Zenonus imp. 1c2

FINIS

¶ Imperatorum: & illuſtrium Virorum ac Mulierum uultus ex antiquis nomiſmatibus expreſſi: emendatũ correptumq; opus per Andream Fuluium diligentiſſimum Antiquarium

REGISTRVM

A.B.C.D.E.F.G.H.I.k.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z
AA.BB.CC.DD.EE.FF.GG.

Omnes ſunt duerni.

Impræſſum Romæ apud Iacobum Mazochium
Romanę Achademiæ Bibliopo. Anno
M.D.XVII.Die.XV.Menſis
Nouembris. Triumphante
Diuo Leone.X.Põ
tifice Maximo.
Anno eius
Quin
to.